

DIE XI FEBRUARII

IN FESTO

APPARITIONIS B. MARIÆ V. IMMACULATÆ

DUPLEX MAJUS

---

*Omnia ut in festis B. M. V. præter  
sequentia.*

IN I. VESPERIS.

Ant. et Cap. de Laudibus.

Psalmi ut in festis B. M. V. per annum.

HYMNUS.

Ave maris stella, etc.  
v. Dignare me laudare te, Virgo  
sacrata. R. Da mihi virtutem contra  
hostes tuos.

Ad Magnif. Ant. Ista est columba  
mea, perfecta mea, immaculata mea.

ORATIO.

Deus, qui per Immaculatam Virginis  
Conceptionem dignum Filio tuo habi-  
taculum præparasti : supplices a te

quæsumus ; ut ejusdem Virginis ap-  
pationem celebrantes, salutem men-  
tis et corporis consequamur. Per eum-  
dem Dominum nostrum.

AD MATUTINUM.

Invit. Immaculatam Virginis Con-  
ceptionem celebremus, \* Christum  
ejus Filium adoremus Dominum.

Ps. Venite exultemus.

HYMNUS.

Te dicimus præconio,  
Intacta Mater Numinis,  
Nostris benigna laudibus  
Tuam repende gratiam.

Sontes Adami posteri  
Infecta proles gignimur ;  
Labis paternæ nescia  
Tu sola, Virgo, crederis.